

Nos Alexander s: Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis de Farnesio S.P.C.  
 Vicecancellarius fidem facimus, et attestamur qualiter hodie, die Mercurij xxvi Januarij  
 M.D. lxxviii Pontificatus s: mi: D. N. D. Pij Diuina Providence Papa quarti anno quinto,  
 in Consistorio secreto apud s: Petrum, Reuorenans: DD. mei Cardinals Moronus et Si-  
 moneta, nuper reversi à saeculo Concilio Tridentino, cui uti sedis Apostolice Legati  
 praerant, petierunt ab eodem sanctissimo D. nrō, ut infra

Beatissime Pater in Decreto super fine Concilij Oecumenici Tridentini pridie  
 Nonas Decembrii præteriti publicato, statutum fuit, ut per Sanctitatis Vestræ et sanctæ  
 sedis Apostolice Legatos et Presidents petaretur nomine dicti Concilij a sanctitate uestra  
 confirmatio omnium et singulorum quæ tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii quam sub  
 sanctitate Vestræ in eo Decreta et definita sunt. Quapropter nos Joannes Cardina-  
 lis Moronus, et Ludovicus Cardinalis Simoneta, qui tunc Legati et Presidents  
 eramus, volentes, exequi quod in dicto Decreto stabilatum fuit, humiliter petimus  
 nomine dicti Concilij Oecumenici Tridentini, ut Sanctitas Vestræ dignetur confirmare  
 omnia et singula quæ tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii quam sub Sanctitate  
 Vestræ in eo Decreta et definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas sua, uso et lesto tenore dicti Decreti et habitis  
 uotis Reuorenans: DD. meorum Cardinalium respondit per hoc verba

Petitioni nomine Concilij Oecumenici Tridentini super eius confirmatione  
 per dictos Legatos nobis factæ annuentes, omnia et singula quæ in dicto  
 Concilio tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii prædecessoribus nostris, quam  
 Pontificatus nostri tempore decreta et definita sunt, auctoritate Apostolica etiam  
 de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, et assensu, matura  
 cum illis deliberatione probabita, confirmamus, atque ab omnibus Christi,  
 fidelibus recipi et inviolabiliter obseruari mandamus In nomine Patris, et  
 Filii et Spiritus Sancti Amen

Ita est A. Alexander Cardinalis  
 Farnesius Vicecancell.